e-codices

Vt opinor: illius inſpectandi mihi eſſet maior copia
Pluſ uidiſſem ǫ̃ deceret ǫ̃ me atq: illo equum foret
[Mne] Perdidiſti me ſodalis ego ne illam mvlierem
Capitis non perdam: perire me malis malim modis
Satin ut quem tv habeas fidelem tibi aut cui credas neſcias
[Li] Viden ut egre patitur gnatum eſſe corruptū tuum
Suum ſodalem ut ipſus ſe ſe cruciat egritudine
[Phi] Mneſiloche hoc tecum oro ut illiuſ aīuꝫ atq: ingeniū regas.
Serua tibi ſodalem & mihi filium. [Mne] factum volo
[Phi] In te ergo hoc onuſ omne impono. Lyde ſeqvere hac me. [Li] ſequor
Melius eſſet me quoq: una ſi cum illo relinqueres
[Phi] Adfatim ē mneſiloche cura & concaſtiga hominē probe
Qui dedecorat te me amicos atq: alios flagitijſ ſuis.,

MNESILOCVS ADOLESCENS.

IN mitiorem nunc utrum credam magiſ ſodalem ne ēē an bachidem
Incertum admodū eſt: illum exoptauit potius. habeat optū eſt.
Ne illa illud hercle cū malo fecit ſummo meo
Nam mihi diuini nunǭ quiſquam creduat
Ni ego illam exemplis plurimis planeq: amo
Ego faxo haud dicet nactam quem derideat
Nam iam domum ibo atque aliquid ſurripiam patri
Id iſti dabo. ego iſtanc multiſ ulciſcar modis
Adeo ego illam cogam uſq: vt mendicet meus pater
Sed ſatin ego animum mente ſincera gero
[va] Sed ſatin ego aīuꝫ mēte ſincera gero. [at]
Qui ad hunc modum hec hic que futura fabulor
Amo hercle opinor ut pote quod pro certo ſciam
Verum quam illa unquam de mea pecunia
Ramenta fiat plumea propenſior
Mendicum malim mendicando uincere
Nunǭ edepol viua me irridebit. Nam mihi
Decretum ē renumerare iā omne aurum patri
Igitur mihi inani atq; inopi ſublandibit
Tum cū mihi nihilo pluris referet ǭ ſi ad ſepulchrū mortuo dicat iocū
Sed ante quā illa unǭ meis opulentijſ ramenta fiat grauior
Aut propenſior: mori me malim excruciatū inopia

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 98v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/98v)